



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 43. S. Cutbertus Episcopus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

navit. S. Episcopus, Clericum Bernui- Sæculum VII  
num Nepotem suum cum Presbytero il- A. C. 688.  
luc missum ad hos populos converten-  
dos incumbere jussit.

§. XLIII.

*S. Cutbertus Episcopus.*

Egfridus Rex ultimo vitæ suæ anno S. *Bed. IV. hist.*  
Cutbertum, in parva Insula vicina, c. 27.  
quæ Farnia dicebatur, vitam Anachore- *Id. vit. S.*  
ticam ducentem, Episcopum Lindisfar- *Cutb. c. 4.*  
nensem ordinari jussit. Is a pueritia ad *Afl. SS. Ben.*  
serviendum Deo vocatus fuerat; nam *to. 2. p. 877.*  
cum esset pastorculus, & noctu gregem *Boll. 20.*  
custodiens preces ad Deum funderet, vi- *Mart. to. 8.*  
dit S. Aidani animam ad Cœlos ascende- *p. 93.*  
re, eaque visione commotus, Monachi  
habitum induit in Abbatia *Mailros,*  
quam, in Regione Merciorum sitam, Hi-  
berni Monachi incolebant. Ex illis Mo-  
nachis unus fuit, qui ad fundandam Ab-  
batiam Ripponensem missi sunt; post-  
quam vero eadem Abbatia S. Wilfrido  
data fuisset, discessit cum ceteris, qui  
Ritum Hibernorum sequebantur, &  
*Mailros* rediit, ubi post breve tempus  
Prior constitutus est. Non nunquam e  
Monasterio exibat, & ad loca remota &  
inaccessa se conferebat ad informandos  
agricolas, a ceteris Clericis omnibus ob-  
paupertatem & morum asperitatem de-  
spectos. Interdum per tres septimanas  
aut

*Sup. Lib.*  
**XXXVIII.**  
§. 19.

c. 7.8.

c. 9.

Sæculum VII aut mensēm integrum inter eos commo-  
A. C. 688. ratus, necdum Christianos baptizabat.

## 6. 16.

Multis præterea clarebat miraculis. Ab  
Abbate suo ad Monasterium Lindisfar-  
nense deinde missus, dissolutæ vitæ Mo-  
nachos mansuetudine & patientia ad fru-  
gem reduxit. Missam celebrans, aut  
peccata confitentium audiens lacrymis  
madebat.

## 6. 17.

Postquam annis duodecim Prioris  
munus Lindisfarniæ gessisset in Farniam  
Insulam se recepit, ut in solitudine vive-  
ret. Ibi labore manuum suarum suspen-  
tabatur, de cultu corporis tam parum  
sollicitus, ut aliquot annis nunquam ni-  
si in Cœna Domini ad lavandos pedes suos  
calceamenta deponeret. In eo quoque  
loco aliquot editis miraculis fulsit.

Tandem S. Cutbertum, jam plurimi  
annis in hac solitudine versantem, Patres  
Concilii, a S. Theodoro Cantuariensi,  
Rege Egfrido præsente, anno 684. cele-  
brati unanimi consensu Episcopum Lin-  
disfarnensem elegerunt; quia vero cur-  
sores iterato missi permovere non po-  
terant, ut e Monasterio suo prodiret, ne-  
cessè fuit, ut ipse Rex cum S. Tremuino  
Episcopo Pictorum, & plures alii viri  
spectatissimi ad eum venirent, qui tamen  
non nisi difficillime persuaserunt, ut con-  
sentiret. Ordinatio ipsius, in annum  
sequentem dilata, postea præsente Rege

Ebo-

Eboraci in Die Paschæ vigesimo sexto Sæculum VII  
 Martii, anno 685. Episcopis septem, qui-  
 bus S. Theodorus præerat, assistantibus  
 celebrata est. S. Cutbertus jam Episco-  
 pus Monasticum rigorem non dimisit, &  
 maxima tamen cura populum suum in-  
 struxit. Totam suam Dicecesin atque  
 etiam viles pagos perambulabat, monita  
 rudibus salutaria dabat, manus neo-ba-  
 ptizatis imponebat, ut acciperent Gra-  
 tiæ Spiritus Sancti, id est, Confirmatio-  
 nem tribuebat. Multis itidem tempore  
 Pontificatus sui editis prodigiis præser-  
 tim ægrotos sanando, post annos duos,  
 nempe 687. die Mercurii vigesimo Martii, *Mart. Rom.*  
 quo Ecclesia ejus memoriam veneratur, *20. Mart.*  
 ad cœlestem coronam recipiendam e cor-  
 pore migravit.

#### §. XLIV.

##### *S. Wilfridus restitutus.*

Interea S. Theodorus Cantuariensis, o-  
 ctagenario major, & frequentibus mor-  
 bis afflictus, cum S. Wilfrido reconcilia-  
 ri cuperet, misit, qui eum & Erconbal-  
 dum seu Archambaldum loci Episcopum  
 invitarent, ut Londinum ad se venirent.  
 His totius vitæ suæ confessionem expo-  
 nens, vultu deinde ad S. Wilfridum  
 converso, dixit: *Nibil magis pænitentem me torquet, quam consensus Regum  
 voluntati datus, ut Bonistuis spoliareris,*  
 &